

Bibliothèque numérique

medic@

**Toutain, Michel - candidat / Renou,
Jean de - président. - An calor febrilis
pro ratione natiui ?**

1598.

[Paris]

Cote : ms 73 n°283

MATVTINIS EXAGITANDA DISPVTATIONIBVS
IN SCHOLIS MEDICORVM DIE IOVIS XXXI. DECEMBRIS D. IOANNE
DE RENOV DOCTORE MEDICO, MODERATORE SAPIENTISSIMO.

R E R V M caducarum ortus & interitus Cælum & Natura: hæc opifex & creationis nostræ author: illud verò luminis calorisque primordium, multiplices ex se producit rerum euentus, eiuſque perpetuo ac perenni motu, huius mundi fabrica, diuerſorum tum ſimplicium, tum elementorum, tum compoſitorum, eorūque vel imperfectæ mixtorum, vt meteorum, vel perfectæ, vt animalium & plantarum, connexione contexta, perficitur atque conſeruatur. Ex perfectè mixtis duo for-
marum naturalium genera, inanimata, & animata proſiliunt, quæ vt ſpecie diſtinguntur, ſic ſux generationis diuerſa principia expoſtulant. Singulis verò partibus communi naturæ lege tributum eſt, Solis diuino calore (cuius beneficio in imis terræ viſceribus recondita, vt metalla, lapides, vitalia quodammodo cernuntur, cum homine, homo, cum leone, leo generatur) ſuam & totius compoſiti ſalutem conſeruare, eiuſque influxu & moderamine vitam ducere, deliquo commo-
ALOR eorum inſeruntur, & ſi quædam

A B H V I V S bonâ caloris natui téperie, vt partium corporis, functionúmque omnium integritas sequitur, sic eiusdem intemperie, externi suffulâ qualitate, febris oritur in calore immo dico, â naturali, specie distincto, consistens, & in corpore primò, vitæ principio, sedem habens: vbi accensus, per arterias, vnâ cum spiritu & sanguine in omnes corporis partes diffunditur, earumque functiones interpellat: Ex quo pro triplici vi primùm insidet, subiecto, hæc febrim species enascatur, Ephemera, Synochus, & Hæctica, nec plures, vt nec frigide in corpore subsistunt. Spiritus quoque subtilitatis, vt pote tenuissimâ, facillimè alteratur: humida, quodammodo media, difficilior: solida, vt quæ sit crassissima, difficillimè. Ab Ephemerâ in hæcticam difficilis: in putridam, facilis promptusque transitus. Illa vno tantum die definita, in spiritu tenui ac dissipabili consistit, febrémque omnem putridam antecedit.

DIVERSARVM autem febrium cum diuersa sint causa (aliæ enim externæ aliæ internæ dicuntur) nihilominus natiuus calor inter eas annumerari suo iure quodammodo potest: quæ materia vicem sibiens, vt externus efficientis principij, quò vegetior, eò febrilem magis adauget & exulfat; quò languidior & paucior, eò minus eundem fouet. Etatum decursus illud demonstrat. Infantulos iuuenibus calidiores, quàm postea inquam, febres quam plurimæ exercent. Dentientem Diaria & Synochus vtrique: Puberes diuturnæ magis: Adultiores & proeçtiori ætate, acutæ, quales ardentæ, & tertianæ, tum continuæ, bile in maioribus venis, tum in tenuitibus, eadem in minoribus putrefcens. Senes frigidissimi & siccissimi, cum paucioribus morbis quàm iuuenes obsideantur, tum præsertim à febrili illo incendio rariùs diuexantur, & eodem præhensi, propter dulcissimi necræ paupertatem, ocyùs intereunt.

ASSEREBAT MICHAEL TOVTAIN PARISINVS ANNO DOMINI 1598.

M. Philippus Harduin de S. Jacques.
M. Claudius Fauucler.
M. Petrus Laffilé Med. Reg.